

Beiheft

2

S 218

1284 (1283) März 5.

[55]

Der Ritter Bernard von Ahaus verzichtet auf das Eigentum an bisher lebensabhängigen Gütern in den Rpfhn. Darfeld und Laer.

Nos Bernhardus miles nobilis de Ahues, Sophia uxor nostra, Joannes, Otto et Jutta liberi nostri et cohaeredes omnibus praesentia visuris praesentibus et futuris notum esse cupimus, quod nos libera voluntate et consensu unanimi in presencia castellanorum et ministerialium nostrorum ac aliorum proborum virorum proprietatem bonorum, videlicet domus Heildovine in parochia et marca in Darvelt et Wesinek in parochia Lare et omnium appendiciorum et fructuum, quae et quos Aspellanus famulus de Henevick, noster ministerialis, a nobis tenuit jure ministeriali, in manus dicti Aspellani plane et libere resignavimus, ab omni iure et servitio, quo nobis competeabant vel unquam nobis vel nostris successoribus competere possent in futuro, penitus et absolute in perpetuum recedentes; sed saepe dictus Aspellanus de eisdem pro sibi placito potest id, quod decrevit, ordinare non obstante, quod ipse ministerialis noster maneat et existat. Ut autem haec rata et inconculsa permaneant, praesentem literam ipsi tradidimus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt haec anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXXXIII, dominica, qua cantatur Reminiscere, praesentibus et protestantibus Conrado Spiegel, Lamberto Albo, Nicolao de Horstelo, Rutgero de Ramessberge, militibus; Theoderico de Grollo, Roberto de Burse, Henrico et Godefrido fratribus dictis Hillevenhoke, Wilhelmo de Deipenbroke famulis; Joanne de Cossvelde et Hermanno Rost militibus; Godefrido Cobbine, Joanne de Ebenchove, Theoderico Lapidica et Henrico Ruffe et aliis quam pluribus.

Kopie im Barlarer Kopiar S. 123/124.